

**www.e-rara.ch**

**[Opera omnia]**

**Augustinus, Aurelius**

**[Basel], [1528-1529]**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: AW 57

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5484>

Relatio Calixti de conversione, perseverantia & quibusdam dictis sancti Augustini. II.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Relatio Calixti de conuersione, perseuerantia & quibusdam dictis sancti Augustini. II.



Agnus ille doctor & egregius Augustinus, qui uere fuit norma & speculum in natura, dum esset annorum xxx. maternis orationibus & Ambrosij prædicationibus mediantibus & fama Antonij audita, ab omni hæresi purgatus est, & apud Liguriam Italiæ aduenientibus diebus paschalibus baptizatus est.

Et tunc exultat Liguriensis ecclesia, pia eius mater gaudet, Ambrosius deum laudat, Augustinus iam confitetur, & fideles omnes sibi tanquã cui fidelissimo de Babylonica seruitute redempto, una uoce omnes applaudunt. Protinus in fide catholica confirmatus, spem oẽm quam habebat in seculo dereliquit, & Romanorum & Liguriensium scholas, & cū Euodio & Alipio socijs, uiro præclarissimo solitario Simpliciano se commiserunt, ibiq; cum prædicto famosissimo uiro apostolicam uitam tenere cœperunt, & simul cum multis erant habitantes in placito sancto. In diebus autem illis dum fama Augustini crebresceret apud oēs, congregatis fratribus ait, dum in hac ualle miseriæ sumus constituti, utrum boni siue mali simus de nobis præsumendum non est, etiam quibuscunq; uirtutibus cognoscamus dei gratia nos esse ornatos. Nam si quis nostrum bene operatur, beatus tamen dicendus nec prædicandus est, cum similes simus nauibus omnibus bonis oneratis, de quibus tamen incertum est utrum ad portum salutis perueniant. Nunquid Iudas in apostolatu optime incepit, & pessime finiuit? Nunquid etiam Paulus male incepit, & tamen uas electionis digne uocatus est? Nolite obsecro laudare me, sed orate ut ualeamus usq; ad mortem perseuerare, quoniam finem nostrum deus attendit.

Ex Sigeberto in epistola ad Macedonium de ortu, conuersione & uita sancti Augustini. III.



Tempore Theodosij senioris, Augustinus uir acutissimus nobilibus Carthaginensibus ortus natalibus, uenit Romam, ibiq; scholas liberalium artium annis ferè sex gloriose rexit. Deniq; Mediolanum uenit, & dum esset annorũ triginta, filiusq; eius annorum octo, aduenientibus diebus paschalibus, meritis matris & prædicatione Ambrosij, mater eius regenerauit Augustinum cum filio Deodato & multis alijs ferè XLII. Qui baptizatus Augustinus mox ad uirum Simplicianum perrexit, cuius nomen celeberrimum apud fideles erat, qui etiam habebat manserolum semotum & à gētibus separatum. Cum quo Augustinum ferè per annum cum dimidio permansisse uidi & oculata fide probaui. Et quoniam erant in libertate quasi uiuētes, licet probatissimi uiri essent atq; perfecti, tandem ex præcepto tanti patris Simpliciani, Augustinus post inter eos instituit, ut uitam apostolicam omnes pariter tenerent, & nihil inter eos proprium diceret. Cōpleto uero anno, matre Augustini instigante ad propria reuertitur, & moritur mater Augustini apud ostia Tyberiana, filius autem apud Carthaginem anno ætatis suæ XXIX. Cum autē esset Augustinus cum amicis in Africa, meditabatur in lege domini die ac nocte, scribens libros, & docebat indoctos. Hoc autem Valerius Hipponensis audiens præ gaudio lachrymabatur, & statim eum ad se accersiri fecit, & hortum secretum & remotum à ciuitate Augustino donauit. Ibiq; pius pater Augustinus cum cæteris amicis & fratribus in despecto habitu, & cum incredibili humilitate annis tribus mansit. Deinde cum inquietudinem uenientium ferre nõ posset, duobus ferè miliaribus à prædicto loco secessit, & ad montem quendam altissimum abiit, ad quem per uiam ualde aridam & pœnosam adiri potest. Ibiq; Augustinus habitationem ex lapidibus cunctis construi fecit, & sic homines fugiens habitabat. Ibiq; composuit libros de medicina animæ, & de uita monastica, de innocentia Ioannis baptistæ & Helix. Multi quidem ex fratribus infra saxa & fissuras montium receptacula sibi fecerāt, & ibi prope patrem Augustinum per iactum balistæ in omni sanctitate habitabant. Erant autem ferè CXXII. qui sub obedientia Augustini concorditer uiuebant, omnia reputantes esse cōmunia. Vinum nemo nouerat, nisi quando in

firmitas

Ambrosius  
Anianus  
Liguria minor

Euodius  
Alipius  
Simplicianus

Iudas

Theodosius romanorum  
imperator

Roma minor  
Mediolanum minor

Deodatus filius Augustini

Valerius episcopus Hipponensis

Ioannes baptista  
Helix